



## **Christ-eyfriger Seelen-Wecker/ Oder Lehrreiche Predigen**

...

... Quadragesimale, Das ist ... zweyfache Predigen/ Für alle Sonntäg/  
Mittwoch und Freytäg ... in der Fasten ... Erster Theil

**Barcia y Zambrana, José de**

**Augspurg, 1719**

Remissiones Ad Conciones plures formandas ex Sermonibus Excitatoris  
Christiani Tomi primi Quadragesimalis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76477)



# REMISSIONES

## Ad Conciones plures formandas ex Sermonibus Excitatoris Christiani Tomi primi Quadragesimalis.

Post primum & secundum Sermonem ultra Sermones decimam quintam de miseris vitæ, & decimam sextam de Morte, quæ cum salutatione hujus Sermonis secundi, fervire possunt pro feria diei Cineris, offero incipientibus sequentes formationes.

1. IN die Mercurij seu Cineris, dat Ecclesia sancta principium quadragesimæ: quare? Non tantum ex eo, quod dixit Rabbanus Maurus (hic Num. 5.) ad complendum cum istis quatuor diebus, numerum Mysteriosum quadragesimæ, verum etiam ut, quando apud antiquos Mercurij obligatio erat, monstrandi iter, colloquendo in eo ipsius statuum, ut scripsit Alciatus, Emblem. 8. *Mercurij est igitur tumulus suspende Viator feria Deo, restum, qui tibi monstrat iter*: sic Ecclesia ponat istum diem Mercurij ad dirigendos, qui aberraverunt peccatores, signando in cinere semitam rectam: *Memento homo*. Sermon. 17. à N. 6. dixit Robertus Halcyt. lect. 61. in Sap. *Omnis via est difficilis si sit montosa, si tumultuosa, si spinosa, si lutosa*. Superbus graditur viam montosam: *Montosam accipiunt superbi & ambitiosi*. Dives iste Mercurij innuit ipsis, quod per pulverem eatur securè: *Memento*. sermon. 17. à N. 10. Vindicativus procedit per iter tumultuosum: *tumultuosam eligunt iracundi*. Iste dies Mercurij monstrat in cinere semitam: *Memento* ibid. à N. 19. Cupidus vadit per viam spinosam: *Spinosa eligunt cupidi & avari*. Iste dies verò aperit errorem. ibid. à N. 21. Inhonestus amplectitur, iter cænosum. *Lutosam eligunt luxuriosi* iste dies eos animadvertit &c. ibid. à N. 26.

2. ALIUS SERMO. An per cinerem refricet Ecclesia Memoriam? ita: *Memento*. Memoria est Crystallum, per quod perspiciunt futurum. Peccatores ex isto Crystallo faciunt sibi perspicilia; verum Ecclesia inspergit illis cinerem, ut fiant specula crystallina. Raul. tr. 1. de morte cap. 12. *faciamus nobis speculum de mortuis, in quo nos paremus*. Pone ad istud Crystallum tuæ memoriæ pallium cineris ad continendas species tuæ vanitatis &c. Superbus & ambitiosus intuentur per perspicilia gradus, nobilitates suas & scientias &c. *memento*. Basil. hom. 3. *qui immodico gaudio subtilis ob honores ab omni omnium gradu tibi exhibitos: Attende tibi ipsi*. Aspice in speculo istas sepulchras. Sermon. 17. à N. 10. Vindicativus utitur teloremiss. pro Tomo I, Quadrages.

scopio, dum se magnificat, & aggravat corpus, *memento*. ibid. à num. 19. Cupidus vidit per perspicilia conservativa, figit enim suam felicitatem in conservatione &c. *memento*. ibid. à n. 21. Libidinosus cernit per vitrum triangulare, quod varias fingit amaritates & pulchritudines: *memento*. ibid. à n. 26. contemplare cinerem.

3. ALIUS SERMO. *Pulvis es, & in pulverem reverteris*. An in præsentis & futuro? ita. Non est res magis certa, quam tempus præsens, neque quid magis incertum, quam futurum. utere præsentis, ut monstres certitudinem moriendi; utere futuro, ut demonstres incertitudinem loci, modi, & quando morieris. sermon. 16.

4. ALIUS SERMO. *Pulvis es, & in pulverem reverteris*. Dicit Ecclesia, & S. Evangelium: *faciem tuam lava*. Ant. Pad. in hac fer. *Aqua Confessionis pura*. P. Joaa. Osor. hac feria *Optimum sanè argumentum: pulvis es, quem ventus tollit, in pulverem cito redigendus; ergo ante quam succidaris, pœnitentiam age*. sermon. 6. 7. 8. & 9.

5. ALIUS SERMO *Pulvis es*. Et S. Evangelium: *faciem tuam lava*. facies animæ, dicit S. Bernardus, vult abstrahere Christianum à culpa; & pulvis corporis in hac ceremonia illum commonet: in Evangelio verò nobilitas animæ. Osor. hac fer. *ne agnoscens dignitatem suam, in peccati fœditatem non labatur*.

6. ALIUS SERMO. *Pulvis*. nunc es pulvis; non expectas usque fias petra per consuetudinem peccandi. sermon. 11.

7. ALIUS SERMO. *Thesaurizate vobis*, opera virtuosa; verum debent essent bona moneta. Legionens. ser. 1. hac fer. *videndum, de qua moneta thesaurus est congregandus*. ser. 25. à n. 16.

8. ALIUS SERMO. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra*. Peccator, qui temerariè confidit in misericordia Dei, thesaurizat iram. Rom. 2. *thesaurizas tibi iram in die ira*. ser. 10. & 52.

9. ALIUS SERMO. *Ubi arugo* &c. pericula vani honoris, divitiarum & deliciarum. ser. 14.

(a)

10. ALIUS

10. ALIUS SERMO. *Nolite thesaurizare*; omnia enim peccata apparebunt, quando in Iudicio arca aperietur, &c. serm. 19. & 22.

11. ALIUS SERMO. An cinis? ita. Reliquia peccatorum debent consumi. Videatur sermo 2. N. 31. & sermo 43. Christiani Excitatoris.

*Remissiones ad Excitorem Christianum.*

Post tertium & quartum sermonem.

1. Videatur sermo 39. Qui tractat de condonatione & amore inimicorum, fundata in voce, *ego*, quod dixit Iesus Christus Servator noster.

2. ALIUS SERMO. *Diligite &c.* Philosophus Athenodorus consuluit Imperatori Augusto (ut refert Plutarchus) quod, si moverent ipsum irae passionibus, nihil ageret, loqueretur, usque dum recitaverit singularem omnes Alphabeti literas A, B, C, &c. hodie non exigo tantum à Christiano; sed solum peto ut dicat quinque vocales, A, E, I, O, V. verum has debet dicere considerando, unde literas trahant. Contemplare in A, amorem quo te Deus prosequitur, & quem exequitur per debitam correspondentiam serm. 26. 19. considera in E Exemplum Dei tui, qui non attendit injuriam, quem irrogat illi peccator, & solum flectit oculos ad miseriam, ut compatiatur, & non sumat vindictam de eo, serm. 52. n. 16. Attende in I, injurias, quas receperunt sancti, & quomodo te instruunt illas perferendi, ser. 45. n. 15. meditare in O, honorem qui te sequitur, & qui est honor verus, Christianus, non se ulcisci, quando quis potest. serm. 33. n. 21. perpende in U, Utilitatem, quam securam reddis cum patientia. ser. 65. n. 13. serm. 33. n. 33. *Ego, vobis.* Loquitur tecum, ut consideres ista motiva.

3. ALIUS SERMO. *Ego autem &c.* in puncto Remissionis inimicorum sequendum nobis est consilium S. Augustini ser. 2. de S. Stephano, qui dicit: infirmus non debet attendere ad passionem vindictae propter amaritudinem medicinae, sed ad sapientiam, bonitatem, & certitudinem Medici Iesu Christi, qui illam ordinat: *Considera Medicum non medicinam: attende Christum Medicum aegritudinis tuae.* Propterea tibi hodie proponitur, ut advertas: *Ego autem.* Perfirmus in hac voce *ego*, tres literas habet, E, G, O. in E. Attende exemplum suae Majestatis, qui, etiam si ipsum offenderis semper tamen portas apertas habet suae indulgentiae, ser. 10. n. 10. propterea vocat praecipuum novum, amorem proximi, quia vult ut ipsum ames, quomodo te dilexit! ser. 26. n. 44. imitare ipsum qui pro insigni tenet pietatem, serm. 52. n. 25. In G, considera gratiam & gloriam, quam consequeris cum illa perdonando, serm. 33. n. 38. gloria enim datur illi, qui se non regi sinit à natura sua, sed voluntate Divina, serm. 44. n. 21. Samson reperit favum mellis, cum divertisset à via communi, serm. 41. n. 3. in O, quod est symbolum aeternitatis. Adverte rogam aeternum, serm. 59. n. 30. minatur enim illis qui non remittunt, & omnibus, qui se vindicare intendunt, serm. 50. n. 22. erunt Accusatores sancti, ser. 45. n. 29.

4. ALIUS SERMO. *Ego autem &c.* videatur (quod non amplius necesse est) quis sit, qui pra-

cipit, & quibus. *Ego, vobis.* Ego sum, dicit Iesus Christus: *ego*: ego, si mandatum meum videtur difficile, do gratiam, qua cum facilitatur, ser. 39. n. 13. serm. 58. n. 20. Dicant sancti, si illis fuerit difficile, serm. 45. n. 15. dic tu ipsemet, quid pertulisti propter inimicos animae tuae, serm. 24. n. 36. *Ego*, qui praecessi Exemplo, ser. 26. n. 44. & quibus mandavi? *vobis* Christianis, qui vos non debetis gubernare per passiones, ut gentiles, serm. 45. n. 10. *Vobis*, quibus tam bene cedit condonatio, serm. 33. n. 38. *Vobis*, qui vobis certam facitis coronam aeternam cum remissione injuriae, *Vobis*, quos expectat poena non dando veniam, ser. 23. n. 29.

5. ALIUS SERMO. *Diligite &c.* Hugo Cardin. *Diligendi sunt propter Deum, propter nos, propter seipsos.* Propter Deum: quia amor amoris retribuendus est, ser. 20. n. 9. propter nos, quia nobis est honoris & utilis iste amor, serm. 33. n. 21. & n. 28. propter ipsosmet inimicos: quia magis illorum miseria nos movere debet ad compassionem, quam ad vindictam nostra injuria, ser. 52. n. 16.

6. ALIUS SERMO. *Ut sitis filii &c.* Est Christianus filius Dei per Baptismum; necessarium etiam esse per imitationem, ser. 54. n. 9. S. Ant. de Padua hic: *Quatuor virtutes nos faciunt Dei filios, scilicet, fides, charitas, misericordia, pax.* Primo *fides* quia per fidem regeneramur, in virtute sanguinis Iesu Christi, & quod facit casu gloria, ser. 54. n. 6. 2do, Charitas, per charitatem configuramur. Fides sola non dat idam filiorum DEI, sed Charitas conjuncta &c. serm. 40. n. 7. ser. 49. n. 14. ser. 54. n. 7. 3tio Misericordia: *per misericordiam confirmamur*, & ita vocatur in nostro Evangelio sol, proprium symbolum Dei; solem suum, Aug. *filium suum*; quia impertitur lucem suam & calorem malis sicut bonis, serm. 59. n. 34. 4. *pax: per pacem simulationem DEI vestimus.* Pax debet esse cum Deo, cum proximo, cum secum ipso, serm. 24. n. 36.

7. ALIUS SERMO. *Diligite.* Non attendas in temporali, quod vides, sed in gloria aeterna, quam desideras, serm. 57. n. 3. sed exeunt in certamen, mundus, diabolus, & caro, & conantur persuadere contrarium. *Mundus*, dicit, multi fuerunt salvati etiam si nullo tempore non remiserint injuriam, *Sed contra.* serm. 49. n. 13. *Demon* dicit, magna est misericordia Dei &c. serm. 49. n. 19. *Sed contra* &c. ibid. n. 21. *Caro* suadet, quod postea erit tempus remittendi &c. sed contra serm. 49. n. 26. & seq.

8. ALIUS SERMO. *Diligite &c.* Guil. Papin, hic. *Primo propter Dei praecipuum implendum. Secundo, propter meritum augendum. Tertio, propter premium consequendum. Quarto, propter supplicium vitandum.* ibidem sunt notatae probationes pro omnibus quatuor motivis.

Sabbato post diem Cincris.

*Erat navis in medio mari.* Marc. 6. in serm. 64. est sermo completus de ista feria, ubi tractatur de radice, & remedio calamitatum publicarum. Videantur pro isto ipso conceptu. Sermones, qui sequuntur usque ad 47. in quo notantur causa & remedia.

*Remis-*

Ad Conciones plures formandas.

*Remissiones ad Excitatore[m] Christianum.*

Post 5. & 6. Sermonem.

1. *Ductus est JESUS* &c. in tribus tentationibus manifestantur communes pugnae, quibus daemon impugnat animas: honor, divitiarum, & deliciarum. Videantur, illorum inconstantia, & pericula in sermone, 14. *de fluminibus Babyloniarum*, & in sermone, 49. de vanis spebus peccatoris.

2. **ALIUS SERMO.** Ut tentaretur à diabolo. Quare exprimitur, ut tentaretur à Diabolo? sanctus Gregorius lib. 3. mor. cap. 5. quia sunt, qui extra diabolum tentant. Daemon cum temeraria confidentia; mundus cum exemplis aliorum; Caro cum spe longioris vitae. serm. 49. videatur serm. 13.

3. **ALIUS SERMO.** *A diabolo*: dicit quod diabolus: eo quod etiam tentant mali Christiani cum malo consilio &c. sermo 24. de peccatis alienis. videatur serm. 31. n. 20. serm. 36. 37. 41. 42. 72. à §. 3.

4. **ALIUS SERMO.** *Ductus est à Spiritu.* Quomodo non erat vincendus? grave periculum, inire statum, qui est una societas tentationum, sine vocatione Dei. Daemon: *mitte te.* Iaias: *mitte me.* hoc est confirmare certitudinem &c. serm. 39. de damnis errorum vocationis.

5. **ALIUS SERMO.** *Hæc omnia tibi dabo,* dicit monstrando regna mundi, & *gloriam eorum.* Regna peccati sunt, dicit S. Hieronymus. Videatur introduct. n. 116. quippe astutia demonis in monstrando gustum peccati &c. gloriam eorum; & non mala & damna sua. serm. 4. & 5. de peccato.

6. **ALIUS SERMO.** In prima tentatione poscit daemon ab anima, ut faciat panem de lapidibus culparum. Et qui sunt, qui illud audiant? serm. 58. à N. 33. in secunda petit, ut se præcipitet ad peccatum; eo quod possit confidere de misericordia Dei. Et qui sunt, qui illi credunt? serm. 49. §. 3. in tertia promittit ferventibus sibi commoda, que nunquam servat? serm. 14. n. 13. & 14. sermone, 58. n. 2.

7. **ALIUS SERMO.** *Ut tentaretur à diabolo.* Equidem etiam Deus tentat, hoc est, probat fidelitatem animarum. Gen. 22. *Tentavit Deus Abraham.* Deut. *tentat vos Dominus* &c. Sap. 3. *Deus tentavit eos.* O quomodo plangeris de tribulationibus &c. sunt enim providentiarum, & beneficiorum occulta. serm. 32. & 33. *de providentia,* &c.

8. **ALIUS SERMO.** *Mitte te deorsum.* Paladius in hunc locum ait: primum vide, quem locum deferas. *Considera, ubi te precipites, antequam committas culpam.* serm. 5. de damnis peccati.

9. **ALIUS SERMO.** *Mitte te deorsum.* Stapleton, in hac Dom. qui perseveraverit in peccatis mittit se deorsum. Dum sapuis, cadis, plus difficultas tuum remedium. serm. 11. *de mala consuetudine,*

10. **ALIUS SERMO.** *Mitte te deorsum.* Stapleton, ibid. qui emendationem procrastinat, mittit se deorsum. serm. 7. 8. 9. *Contra penitentiam dilatam.*

11. **ALIUS SERMO.** *Mitte te deorsum:* quare Angelis suis &c. Stapleton. *tentant Dei bonitatem.* serm. 10. *Contra confidentiam temerariam in divina misericordia.*

*Remissiones ad Excitatore[m] Christianum.*

Post 7. & 8. Sermonem.

1. Signum querit &c. videatur sermo 69. quæ est de ista feria ob tempus calamitatis publica: & qui sequuntur usque ad 74.

2. **ALIUS SERMO.** *Volumus signum.* Visne salvari per miraculum? quomodo salvi facti sunt sancti? serm. 45. de sanctis. serm. 13.

3. **ALIUS SERMO.** *Volumus signum.* Ego tibi dicam signa salvationis: An habeas considera. serm. 48. signa salvationis.

4. **ALIUS SERMO.** *Volumus.* dicitis si interrogamini, utrum salutem desideretis. Eamus autem ad probationes, ut consequaris illam. serm. 54.

5. **ALIUS SERMO.** *Volumus.* Non ardet in inferno lignum aliud, quam propria voluntas. serm. 4. §. 2. serm. 29. serm. 30. §. 4.

6. **ALIUS SERMO.** *Generatio mala & adultera.* Est adultera anima, quæ non operatur pro sponso suo Deo, & opera etiam sunt adultera sine merito & premio. serm. 25. opera bona. videatur sermone, 26.

7. **ALIUS SERMO.** *Adultera.* ita vocatur anima peccatrix ad denotandum summum pavorem quem habebit, cum venerit ipsemet sponsum suum ad iudicandam illam &c. serm. 22. à N. 7. de iudicio Particulari.

8. **ALIUS SERMO.** *Adultera* supponit sponsam favoribus prosequutam, ut intelligatur, quam gravem habeat obligationem de omnibus beneficiis, ipsi collatis. serm. 20. & 21. de onere beneficiorum. Videatur serm. 33.

9. **ALIUS SERMO.** *Adultera.* Incipit bene, sed sefellit oculis fidelitatem sponsæ. serm. 60. serm. 51. §. 5. & 6.

10. **ALIUS SERMO.** *Mala & adultera.* Cajetan. mala propter vitia; Adultera propter errores. Cura de illis viriis, quæ possunt sequi post istos errores. serm. 40. de periculo fidei.

11. **ALIUS SERMO.** *Signum non dabitur:* quia ibi, quod necessarium est ad salvandum se. serm. 3. de fine ultimo. serm. 33.

12. **ALIUS SERMO.** *Signum Fana.* Sepultus in ventre Ballenæ, O quam multum, si sibi, qui prædicant istas sepulturas, attenderent! serm. 17. *Advertentia doli in defunctos.*

13. **ALIUS SERMO.** *Signum Fana.* Columba, gemitus, penitentia. Est signum unicum & remedium ad salvandum se, qui jam peccavit. serm. 7. de penitentia.

14. **ALIUS SERMO.** *Signum Fana.* Vincent. Ferrer. tres dies in Ballena. Prima dies est cordis Contritio; secunda, oris Confessio; tertia, operis satisfactio. serm. 55. *de qualitatibus bona Confessionis.*

15. **ALIUS SERMO.** *Signum Fana.* Imago Jesu Christi. Signum salvationis est ipsum imitari: si  
( a 2 ) non,

non, erit vita & mors sua ad maiorem peccatoris responsionem dandam. serm. 44. vita Iesu Christi Dni, nostri. videatur sermo 19. §. 6. serm. 20. §. 5.

16. ALIUS SERMO. *Viri Ninivite surgent in Iudicio.* licet enim haberent 40. dies, egerunt tamen extemplo penitentiam: & Peccator, qui nec unquam horam securam haber, non agit. serm. 6. 7. 8. *De penitentia dilata.*

17. ALIUS SERMO. *Viri Ninivite surgent.* stabunt contra peccatorem, qui abutitur pietate, qua Deus cum illo agit, quia non fecerunt penitentiam de suis peccatis. serm. 13. conclusione de timore Dei.

18. ALIUS SERMO. *Viri Ninivite surgent.* insurgent contra peccatores, quia audientes illi Jonam se converterunt, & peccatores, auscultando tot sermones adhuc harent in culpa. serm. 61. *Obligatio sermonum.*

19. ALIUS SERMO. *Regina austri surget* & cum sua diligentia accusabit, parum hoc, quod praestat Peccator pro sua salvatione, cum esset illa tam sollicita in temporalia serm. 24. *Obligatio propter ipsa opera.*

20. ALIUS SERMO. *Regina austri surget.* Imago Sanctorum, quorum vita accusabit peccatorem incurium suae animae serm. 45. *De vitis Sanctorum.*

21. ALIUS SERMO. *Cum immundus Spiritus exierit ab homine &c.* Ibi revelabuntur damna relaphus in culpas. serm. 60. *De recidemia.* videatur serm. 51. §. 5.

*Remissiones ad Excitorem Christianum.*

Post 9. & 10. sermonem.

1. *Probatica Piscina.* Joan. 5: Anton. Pad. fons divinae pietatis. Bethsaida, hyriacè domus misericordiae. Quinque ejus porticus sunt quinque digiti manus pietatis. serm. 52. §. Infirmi qui illa abutuntur. serm. 10. serm. 49. §. 3.

2. ALIUS SERMO. *Piscina.* Pepin. Ecclesia: porticus ejus sunt quinque vitiosi modi ad status suos perveniendi, cum periculo semper pereundi. serm. 39. *De vocatione.*

3. ALIUS SERMO. *Piscina.* Hugo Cardin. Est penitentia, quinque ejus porticus sunt quinque requisita Confessionis. serm. 55.

4. ALIUS SERMO. *Piscina in Jerusalem Cassi.* in civitate pacis salus, salus aeterna in Ecclesia. Quinque porticus, sunt quinque remedia aeternae salutis serm. 62. de remedijs.

5. ALIUS SERMO. *Piscina.* Legionens. Mundus est Hospitale conscientiarum infirmarum, quinque porticus, in quibus sunt quinque genera peccatorum qui curatione indigent. serm. 46. *De visitatione conscientiarum.* videantur sermones citati ad finem ejus.

6. ALIUS SERMO. *Piscina.* Galfrid conscientia: quinque porticus sunt quinque sensus. In omnibus his patietur qui non curat de aquis penitentiae. serm. 29. §. Econtrario, gaudebit, qui illos mortificat. serm. 54. *De probationibus ad gloriam.* Videatur serm. 70. §. 2. serm. 49. §. 2.

7. ALIUS SERMO. *Piscina.* Chrysof. Est Baptismus: verum non salvat infirmos culpis, si non intrant aquas penitentiae, & bonorum operum. serm. 54. *De probationibus ad gloriam.* videatur, sermo s. 70. §. 2. serm. 49. §. 2.

8. ALIUS SERMO. *Piscina.* Legionens. est Respublica, in qua dolent multi, 1. caeci. Cassian. ignorantes doctrina. serm. 70. §. 3. 2do. claudi, cum fide, sine alio pede Charitatis. serm. 40. §. 1. 3tio aridi, steriles aliquid merendi. serm. 25. §. 3. sine penitentia non sanabuntur. serm. 7. §. 2. Aquam & cito; quia non hora secuta. serm. 6.

9. ALIUS SERMO *Lanquentium.* 1. Caecorum Hugo. Ignorantes doctrinae serm. 70. §. 3. 2do. claudorum, in constantes nempe in propositis. serm. 51. §. 5. & 6: 3io. aridorum, sine pietate. serm. 73. à §. 1. omnes Deus expectat. serm. 10. §. 2.

10. ALIUS SERMO. *Expectantium.* Quid expectatis. ad postea. O postea. serm. 6. & 7. expectatis tempus moriendi? tunc parum secuta est penitentia. serm. 8. habet graves difficultates. serm. 9. videatur. serm. 68. §. 5.

11. ALIUS SERMO. *Erat quidam homo ibi.* Paraliticus absque morione. Ita constitutus est peccator vi suorum malorum habituum. serm. 11. de damnis malae consuetudinis.

12. ALIUS SERMO. *Triginta & octo annos.* quomodo numerantur anni infirmitatis? sciat peccator, quod sit numerus fixus annorum, & peccatorum, quae expectat. deus. serm. 12. *De numero peccatorum.*

13. ALIUS SERMO. *In infirmitate sua.* Sua? ita; quia habebat illam propter peccata sua. Chrysofomus. Cyril. August. serm. 63. & qualibet illorum sermonum, qui sequuntur usque ad 74. in quibus notantur varia peccata calamitatum ergo.

14. ALIUS SERMO. *In infirmitate sua.* Sua? ita; quia sunt etiam peccatores infirmi alienis culpis. serm. 28. *De peccatis alienis.* Videatur serm. 36. *De consequentijs variorum peccatorum,* & serm. 37. *De damnis.*

15. ALIUS SERMO. *Vis sanus fieri?* Sis ille, qui esse? modo velis, adest salus, & illam tibi offert divina misericordia serm. 1. invitat ad misericordiam: videatur serm. 10. & 52.

16. ALIUS SERMO. *Vis sanus fieri?* hoc dubitatur ita. Bertarius q. 4. *Voluit iudicare, adeo peccatorem sibi in peccati consuetudine complacere, ut jure vertatur indubium, an velit à peccatis liberari.* serm. 11. *De consuetudine.*

17. ALIUS SERMO. *Vis sanus fieri?* Non habeat voluntatem? potest esse, quod non, turpitudine in occasione, quantas excusationes afferat ut illam non derelinquat. serm. 58. *De occasione, & suis excusationibus.*

18. ALIUS SERMO. *Hominem non habeo.* Rupert. Hugo Cardin. Confessorum, sine confessorio non est salus, quando copia est confitendi. serm. 7. §. 1. videatur 55. *de qualitatibus confessionis.*

Ad Conciones plures formandas.

19. ALIUS SERMO. *Vis sanus fieri? Quare* interrogat, ut incipiat cognoscere suum malum statum, serm. 5. *de damnis peccati*. Abb. Charem. *Interrogatione, ut speret horriatur*. serm. 10. de Misericordijs.

20. ALIUS SERMO. *Hominem non habeo*. Ita clamant Respublica, anima, familia propter omissionem, Superiorum, Sacerdotum, & Patrum, serm. 27. à §. 5. serm. 28. §. 6. serm. 34. & 35. Videatur induct, & serm. 77. n. 24.

21. ALIUS SERMO. *Erat homo ibi*. Ibi, ubi tot recuperarunt salutem, erat lenex in sua infirmitate? quia non dimisit. Ita qui occultat peccata in confessione, serm. 56. de confessione integra. Grave onus! serm. 45. & 61. §. 6.

22. ALIUS SERMO. *Vis sanus fieri? Omnes* dicunt, quod velint salutem suam; Verum videamus, an se disponant ad consequendam illam. serm. 64. de probationibus ad gloriam, serm. 48. de signis praedestinationis.

23. ALIUS SERMO. *Hominem non habeo*, communis lamentatio pauci plangent: Deum non habeo, quia non considerant, quid sit perdidisse Deum per culpam. serm. 29. & 30.

24. ALIUS SERMO. *Surge, contritio grabatum tuum*. Occasionem. Et ambula in semitis bonorum operum, ut perfectam reddas salutem tuam. serm. 62. *Media perseverantia*.

25. ALIUS SERMO. *Non licet tibi*. Hugo Card. Reverfus ad Deum, invenit jam, qui ipsum prosequatur, non habuit cum ipso loquatur in 38. annis de lecto culpa, pauperes illorum, qui cum persequuntur! gravis sua obligatio &c. serm. 37. serm. 72. à §. 3.

26. ALIUS SERMO. *Ecce sanus factus es &c.* plus mali timendum, si relabatur. serm. 60. de reincidencia, & serm. 62. de medijs perseverantiae, cum isto themate.

Remissiones ad Excitorem Christianum.

Post Sermones 11. 12. 13. & 14.

1. *Assumpsit Jesus Petrum &c.* Matth. 17. Magna consolatio, quando quis à Jesu elevatur ad statum seu officium! non ab ambitione & interesse &c. serm. 39. *de damnis errandi in vocatione*. Videatur serm. 27.

2. ALIUS SERMO. *Petrum & Jacobum, & Joannem*, de duodecim solum tres sunt electi? Raban. ad demonstrandum quasi in symbolo, quam pauci sint ascendentes in montem gloriae. serm. 47. *de numero salvandorum*.

3. ALIUS SERMO. *Petrum &c.* quare non assumit reliquos? Damascen. ut non unà Judam, propter istum privavit etiam reliquos favore. Quis est ille Judas, malus Christianus &c. serm. 37. *de damnis spiritualibus*.

4. ALIUS SERMO. *Petrum &c.* quare hos? propter id quod significant. Cassian. *Joannes Gratiam*. sine ista non adipiscitur gloria, serm. 25. §. 3. Jacob. *Luctam cum appetitis*. serm. 54. §. 4. n. 16. Petrus. *Petram firmam*. (Pise) perseverantiam. serm. 62. à N. 1.

7. ALIUS SERMO. Ad Sacerdotes. *Duxit illos, &c. Sacerdos*. Hug. Card. *Sacer Dux*. sua obligatio dirigendi cum verbis & Exemplo &c. serm. 27. à §. 2. serm. 34. à §. 2. serm. 37. §. 7. serm. 38. §. 4. Videatur index in verbo: *Sacerdos*.

6. ALIUS SERMO. *Duxit illos*, sicut Superior, serm. 34. *Consequentia Superiorum*. sicut Patrifamilias, serm. 35. *Consequentia Patrum*. Videatur per totum serm. 27.

7. ALIUS SERMO. *Transfiguratus est*. Ostendit partem gloriae de sua sanctissima anima (D. Thomas) ut excitat Discipulos, & per illos Christianos, ad laborandum consequendi illam. serm. 53. *de gloria aeterna*.

8. ALIUS SERMO. *Transfiguratus*. Sol in facie, & circa occasum; nubes: *Ecce Nubes*; rós in voce Patris. Deut. 32. *ut ros eloquium!* forma iris, cum tribus coloribus. *Albedo* Misericordiae, in Moysse, serm. 10. n. 10. *Ruber* color Justitiae, in Elia. serm. 10. n. 27. *Viridis*, Sperantiae, in Jesu inter Moysen & Eliam, serm. 10. n. 14.

9. ALIUS SERMO. *Facies sicut sol*; Vestitus, *sicut nix*. Quare non contrarium? quia persona debet deferere vestitum, sicut nivem sol; non vestitus personam, serm. 41. de vestibus profanis.

10. ALIUS SERMO. *Apparuerunt Moyses & Elias*. Ad quid veniunt? sicut informantes concupientium felicitatem, ut probent sua servatione legem & zelum. serm. 54. probationes pro gloria. Videatur sermo 23.

11. ALIUS SERMO. *Moyses & Elias*. D. Thomas. Unus vivus & alter mortuus, ad denotandum, quod ipse sit Judex vivorum & mortuorum. serm. 31. *de Judicio*. Justitia (Elias) viva erit, Misericordia (Moyses) quasi mortua. serm. 19. *Tribunal*.

12. ALIUS SERMO. *Moyses & Elias*. Quare? propter gravem obligationem peccatoris, qui despicit legem. serm. 23. *Obligatio respondendi propter legem*.

13. ALIUS SERMO. *Moyses & Elias*. Quare? propter grave onus responsionis & confessionis Peccatoris pro sua sancta vita. serm. 45. *obligatio propter sanctos*.

14. ALIUS SERMO. *Hic est filius meus*. Aeternus Pater hoc dixit cum complacencia, videndo sanctitatem filij sui; Verum hoc dicent etiam cum furore mali parentes, videntes filios malos ipsorum causa. serm. 35. *Consequentia Patrum*.

15. ALIUS SERMO. *Ipsam audite*. Non audiendus est mundus, daemon, & caro, Prophetæ falsi; sed Christus Jesus, & veritas ejus. serm. 49. de vanis spebus peccatoris; Videatur serm. 13.

16. ALIUS SERMO. *Ipsam audite*. Non solum vocem suam, doctrinam suam &c. sed ipsum, suam sanctissimam vitam, ad imitationem, vel veniet ad grave debitum respondendi &c. serm. 44. *Obligatio ob vitam Jesu Christi Domini nostri*.

17. ALIUS SERMO. *Timuerunt valde*, si aded timent Apostoli audiendo unam suam vocem Dei: qualis timor erit Peccatoris audiendo vocem terribilem in judicio? serm. 22. *de cogitationibus, verbis, & operibus*.

18. ALIUS SERMO. *Tria tabernacula*, Luc. 9. *Nesciens quid diceret*. Quare? quia voluit disjungere

(b)

## Remissiones

Gere Eliam à Moyse ; & debent esse junctæ pietas & Justitia, propter *confidentiam & timorem*, ser. 10. *de temeraria confidentia*.

19. ALIUS SERMO. *Faciamus &c.* Luc. 9. *Nesciens quid diceret.* Quare? erat symbolum peccatoris, qui amat terram ut habitaculum, cum sit creatus ad cælum. serm. 3. *de fine ultimo*.

20. ALIUS SERMO. *Faciamus &c.* Luc. 9. *Nesciens.* Quare? audiit tractare de morte; dicebant *excessum*; & in conspectu suo desiderare commoditates in terra? *Nesciens*, serm. 17. *de rellio erroris in defunctos*.

21. ALIUS SERMO. *Neminem viderunt &c.* in conspectu aeterni, disparat omne temporale. ser. 18. *de momento &c.*

22. ALIUS SERMO. *Ceciderunt.* Audiens vocem Patris, Petrus cessit in suo petito &c. te terrificat labor &c. Vox est cæli, ut cesset amor terræ. serm. 33. *de beneficiis occultis*. Videatur ser. 3. §. 8. & serm. 21. à §. 4.

### Remissiones ad Excitorem Christianum.

#### Post 15. & 16. Sermonem.

1. *Tunc accessit.* Tunc? quando? postquam audivit: *Condemnabunt eum morse*. Propter hoc: *Nescitis* quid petatis. Coram morte appetere terrena? est ignorantia. serm. 17. *de detectione erroris in defunctos*. Videatur ser. 14. 15. 16.

2. ALIUS SERMO. *Nescitis.* Quare? *petens aliquid*. putant, quod sint aliquid terrenum. serm. 18. §. 2. serm. 14.

3. ALIUS SERMO. *Mater filiorum Zebedæi.* Bona Mater, quæ erat talis filiorum sui sponsi. Contra adulterium, & sua damna. videatur ser. 38. §. 7. serm. 46. n. 17. & in indice verbum *Luxuria*.

4. ALIUS SERMO. *Dic ut sedeant.* Quanta sollicitudo ponitur in temporali, & quam exigua in bonis spiritualibus filiorum. serm. 35. *Patres familia*. serm. 24. & in indice verba *Patres*, & *filij*.

5. ALIUS SERMO. *Nescitis.* Quare? petunt sedes gloriæ titulo patrem; & non student ad hoc, ut mereantur suis bonis operibus. serm. 54. *probationes ad gloriam*. Videatur serm. 48. *signa Prædestinatorum*.

6. ALIUS SERMO. *Nescitis.* Quare? Sedes, loca, officia, & status ad illos pertinent, quos Deus vocat: *Quibus paratum est*. Petunt absque vocatione. propter hoc. *Nescitis*. serm. 39. *damna errandi in vocatione*. Videatur serm. 27. *de stantibus*.

7. ALIUS SERMO. *Nescitis.* Quare? *Unus ad sinistram*. Ant. Pad. *Quia ibi non erit sinistra, quia nec adversitas &c.* in gloria omnes sunt ad dexteram aeternæ felicitatis. serm. 53. *de gloria eterna*.

8. ALIUS SERMO. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum. Ita consequentur aternas sedes, imitando vitam sanctissimam nostri Redemptoris. serm. 44. *de vita Jesu Christi*.

9. ALIUS SERMO. *Potestis?* Respondent. *possumus*. Audierunt nempe: *tertia die resur-*

*get*; quod penas sequetur gloria, & ista felicitas animavit ad patiendum. serm. 53. *de eterna gloria*.

10. ALIUS SERMO. *Potestis bibere calicem?* petunt sedes; & dicitur illis, si possint calicem bibere? ita, sciant, qui desiderant calicem, quando petunt sedes in terra: quæ omnes sunt amirudines &c. serm. 14. *de fluminibus Babylonæ*.

11. ALIUS SERMO. *Possumus*. Cum isto possumus arguitur libidinosus, qui dicit, non posse se vitare occasionem. serm. 58. *de occasionibus & his excusationibus*.

12. ALIUS SERMO. *Possumus*. Istud possumus arguit in temporariis peccatorem, qui dicit, non possum in spiritali. serm. 24.

13. ALIUS SERMO. *Possumus*. Possumus Sanctorum arguet illud non possum peccatorem. ser. 45. *de vitis Sanctorum*.

14. ALIUS SERMO. *Nescitis.* Quare? *Adorans & petens*. Adorat Deum, ut consequatur sedes terræ. Si vitium est in motivo, privantur bona opera merito. serm. 25. *de bonis operibus*. Videatur serm. 26.

15. ALIUS SERMO. *Non est meum dare vobis*. Cyril. lib. 10. Thesaur. *Non enim dabo morbum*. Est misericordia, quando negat Deus, quod non expetit petenti. serm. 3. §. 8. serm. 78. §. 4. serm. 32. & 33. *de providentijs, & beneficijs occultis*. serm. 21.

16. ALIUS SERMO. *Sed quibus paratum est*, dicitis, quid jam penes Deum sit, quid tuturum sit de te? ostende in tuis operibus, ut apud Deum salva sit tua aeterna salus. serm. 48. *Signa Prædestinatorum*.

17. ALIUS SERMO. *Nescitis quid petatis!* quando ultra naturam, salutem &c. serm. 33. *Beneficia occulta*. Videatur etiam hic. serm. 7. & serm. 21. Excitatoris Christianis.

### Remissiones ad Excitorem Christianum.

#### Post 17. & 18. Sermonem.

1. *Homo erat Paterfamilias, qui plantavit vineam*. Matth. 21. *Vinea est anima*. (Ant. Pad.) creata & conservata à Deo suo. serm. 2. *de Anima*. Quanti labores, & discrimina beneficiorum, ut referat fructum? serm. 20. 21. 32. & 33.

2. ALIUS SERMO. *Sepem circumdedit ei*. Lex est seps illa, quæ custodit custodientem. serm. 48. §. 3. Videamus, quomodo sit constituta hæc seps. serm. 23. Obligatio propter legem Dei.

3. ALIUS SERMO. *Sepem*. Hieron. Hic & in Ole. 5. Custodia Angelorum ad protegendam Ecclesiam, Angelo præsto sunt ad custodiam, & peccator ad destruendum cum malo suo exemplo. &c. serm. 72. à §. 3. serm. 28. *de peccatis alienis*. serm. 36.

4. ALIUS SERMO. *Sepem circumdedit*. Expedit Custodia in minori, ut non sit calus ad majorem. Abusus rumpunt sepe cum consequentijs perniciosissimis. serm. 42. *Consequentia abusus*.

5. ALIUS SERMO. *Edificavit turrim*. Patrocinium Mariæ sanctissimæ ut securum reddas tibi, tuæ etiam partis erit. serm. 71. serm. 75. serm. 81. serm. 48. §. 9.

6. ALIUS

Ad Conciones plures formandas.

6. ALIUS SERMO. *Misit servos suos.* Prædicatores. Quomodo profecisti de eorum doctrinis, admonitionibus, promissis, & minis? serm. 61. de obligatione super conciones.

7. ALIUS SERMO. *Misit servos suos.* Quam magna misericordia, quod mittat Deus Ministros suos ad Rempublicam pro remedio animatum! ser. 1. *publicatio Missionis.* serm. 61.

8. ALIUS SERMO. *Misit servos suos.* Inspirationes labores, & miseras sunt servi Dei, qui veniunt petendi fructum ab anima tua. serm. 52. de *Misericordia.* Videatur serm. 3. §. 8. serm. 78. §. 2. serm. 32. & 33. & serm. 21.

9. ALIUS SERMO. *Misit servos suos.* Sanctos pro exemplaribus, & ad evanescentes excusationes peccatorum, qui non laborant pro animabus suis. serm. 45. de *vitis Sanctorum.*

10. ALIUS SERMO. *Alium ceciderunt, alium occiderunt.* Male tractat Peccator admonitiones Dei cum excusationibus; Verum parum ijs efficiunt in Judicio, in quibus videbit in nihil recidisse. serm. 24. & serm. 58. de *excusationibus libidinosi.*

11. ALIUS SERMO. *Misit ad eos filium suum.* Ad imitationem vitæ suæ; sciat Christianus quod propterea respondebit in Judicio. serm. 44. de vita Jesu Christi Domini nostri.

12. ALIUS SERMO. *Venite occidamus eum.* Sunt illi, qui sollicitant alios ad peccandum: eorum numerus malitia, damna, judicia, obligatio, & pœna. serm. 36. & 37. de damnis spiritualibus. serm. 72. §. 3.

13. ALIUS SERMO. *Habebimus hereditatem ejus.* Quomodo hereditas vult gloriam? sicut corona, quæ datur certanti, & laboranti. serm. 54. de probationibus ad gloriam.

14. ALIUS SERMO. *Quid faciet agricolis illis?* terribilis obligatio respondendi. Sacerdotum, & superiorum, operariorum in vinea Domini: si loco laborandi in ea, destruunt illum cum omissione sua, & malo exemplo. serm. 34. videatur serm. 27. & 28.

15. ALIUS SERMO. *Quid faciet agricolis illis?* Patribus familiæ, qui sperant recipere rationem de vineis domorum suarum &c. serm. 35. de *Paribus familia* Videatur serm. 27. de *scabibus.*

16. ALIUS SERMO. *Malos male perdet.* Ferunt sententiam contra se. Non est necesse, quod ipse sit magis Accusator sui, quam sua opera. serm. 24. Obligatio ipsorum operum. Videatur serm. 19. §. 4.

17. ALIUS SERMO. *Quid faciet agricolis illis?* non est pœna, quæ non exigua sit pro ingrato. serm. 83. 84. & 85. in omnibus tractatur de *gratitudine & ingratitude.*

18. ALIUS SERMO. *Anferetur à vobis regnum Dei.* Ad mala opera potest sequi iactura fidei, ita contigit Judæis. serm. 40. de periculo fidei.

19. ALIUS SERMO. *Quid faciet?* illud, quod Vinitor, qui si reperit in vinea sua ramulos siccos, colligit in fasciculos ad comburendum, serm. 50. de fasciculis Condemnatorum.

*Remissiones ad Excitorem Christianum.*

Post 19. & 20. Sermonem.

1. Erat Jesus ejiciens. Ille erat dicit traditio. Et in Jesu Christo? ita; quis alius erat ibi, qui illi restitit, nisi unus de mala consuetudine. serm. 11. de *mala consuetudine.*

2. ALIUS SERMO. *Erat,* dicit perseverantia: ad instruendum nos in illa, quam debemus habere. ser. 62. serm. 60. serm. 85. & §. 4.

3. ALIUS SERMO. *Erat mutus,* similiter cæcus & surdus. Ita etiam peccator. Vis sanari? postea: erat. serm. 6. 7. 8.

4. ALIUS SERMO. *Erat mutus.* Pudor obmutescere facit peccatorem ad confessionem. Eius remedium. serm. 56. de *confessione integra.*

5. ALIUS SERMO. *Locutus est mutus;* Verum postquam dæmon exijt. Omittitur occasio bene confitendi. serm. 58.

8. ALIUS SERMO. *Locutus est mutus.* Quomodo loquendum, sive confitendum sit peccatori ad bonum suum? serm. 55. & 57.

7. ALIUS SERMO. *Locutus est.* Tolet. *Verba laudis.* Postquam exijt dæmon, bona est laus. ser. 75. serm. 85.

8. ALIUS SERMO. *Erat mutus,* Græce quietus. Cum dæmone? non consideratur, quod peccatum est. serm. 4. & 5.

9. ALIUS SERMO. *Signum de celo querebant.* Visne signa salvationis tuæ? hic sunt. serm. 48. Videatur serm. 7.

10. ALIUS SERMO. *Admirata sunt turba.* Alij Blasphemarunt. Cum ipsomet miraculo? ser. 45. de vitis Sanctorum.

11. ALIUS SERMO. *Regnum in se divisum, desolabitur.* Regnum interius sine concordantia: quando appetitus præcipit, & ratio obsequitur &c. serm. 3. de *nobilitate anime.* Videatur serm. 24.

12. ALIUS SERMO. *Regnum in se divisum desolabitur.* Peccata regnorum fuere causa, quod Deus multos privaverit fide timeat Hispania, si non se emendabit. serm. 40. de *periculo fidei.*


13. ALIUS SERMO. *Qui non est mecum, contra me est.* Omissio superiorum, sacerdotum & parentum pugnat cum Christo, & ejus Ecclesia. serm. 27. 28. 34. & 35.

5. ALIUS SERMO. *Cum immundus Spiçitus exierit &c.* notantur hic mala & damna relapsus in culpas, videatur. serm. 60. de *relapsu.* super ista verba. & serm. 62.

15. ALIUS SERMO. *Extollens vocem quadam mulier.*

F I N I S.





121413